

## Tractatus II

em cui effectus correspondet oportet esse in creaturis aliquid absolutum. Et em suppositum relatiuum proprium in diuinitis. In creaturis autem relationes non constituunt suppositum. sed supposita constituunt. propter quod actio omnis agentis naturalis terminatur ad aliquid absolutum primo et per se. licet ex consequenti terminetur ad relationem consequentem. ut augmētatio terminatur ad quantitatem quam sequitur relatio equalitatis. Alia est causa relationis quam dicitur fundamentalis. siue subiectiua. de qua dictum est in prima comparatione Et dicitur fundamentum quia eo posito vel subtracto. incipit vel desinit esse relatio. Sicut sorte existente albo. albedo in platone esset fundamentum similitudinis. quia ea posita vel remota a platone incipit esse in eo vel desinere similitudo ad sorte. Aduertendum tamen est quod hec duo differunt. fundamentum et subiectum. Nam relatio subiectum refert. non autem proximum fundamentum. Fundamentum enim non est proprie quod refertur. sed subiectum. Unde albedo que est in sorte. non refertur ad platonem. sed sorte. ratione albedinis que est fundamentum similitudinis in sorte.

Quot requiruntur ad relationem realem et que. CLXXX

Quantum ad quintum scilicet quot requiruntur ad hoc quod relatio sit realis. Dicendum

quod quatuor sunt ueriores opinionem. Primum est quod illud quod refertur relationi reali. sit aliquid reale. quia non entis non est relatio realis. Realiter enim refertur presupponit tale esse. et ideo chymera non potest referri realiter quia realiter non est ens. Secundum quod requiritur ad hoc ut relatio sit realis est. ut in eo quod refertur sit aliquid positum per quod referatur. in quo fundetur relatio. Si enim non per illud aliquid positum quod esset reale in se sed per positum realiter existens in alio. refertur. non esset realis relatio. sed esset relatio rationis tantum. Et propter hoc scitum non refertur realiter ad scientiam. quia scitum dicitur scitum non per aliquid existens in

1. erat

*Handwritten marginal notes:*  
 Dicitur etiam quod si aliquid est in se...  
 et si refertur ad unum...  
 et si refertur ad alterum...  
 et si refertur ad plures...  
 et si refertur ad seipsum...  
 et si refertur ad aliquid extrinsecum...  
 et si refertur ad aliquid intrinsecum...  
 et si refertur ad aliquid extrinsecum...  
 et si refertur ad aliquid intrinsecum...